Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sequentiarium, Fragment - Cod. Karlsruhe 1419

[S.l.], [14. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-33431

Visual Library

K 1419
GENERAL LANDES ARCHIV

tent res eximie. Caro cibus ſanguis potus manet tamen xpc totus ſub
utraq; ſpecie. Aſumente non conciſus non confractus non diuiſus inte
ger accipitur. Sumit unus ſumunt mille quantum iſti tantum ille nec ſūp
tus abſumitur Sumunt boni ſumunt mali ſorte tamen inequali uite uel
interitus Mors eſt malis uita bonis uide paris ſumptionis quam ſit diſpar
exitus Fracto demum ſacramento ne uacilles ſ; memento tantū eſſe ſub fragmē
to quantum toto tegitur Nulla rei fit ſciſſura ſigni tantum fit fractura qua nec ſtatus
nec ſtatura ſignati minuitur Ecce panis angeloꝝ factus cibꝫ uiatoꝝ uere panis filioꝝ
non mittendus canibꝫ In figuris preſignatur cum yſaac immolatur agnus paſche de
putatur datur menſa patribꝫ Bone paſtor panis uere iheſu noſtri miſerere tu nos paſce
nos tuere tu nos bona fac uidere in terra uiuentium Tu qui cuncta ſcis et uales qui nos pa
ſcis hic mortales tuos ibi commenſales coheredes et ſodales fac ſanctoꝝ ciuium. De s. Johē bapta

Sācti baptiſte xpi preconis Sollempnia celebrantes moribꝫ ipſum ſequamur Ut ad
uiam quam predixit aſſeclas ſuos pducat Deuoti te ſanctiſſime hoīm amice iheſu
xpi flagitamus ut gaudia percipiamus Apparens q; zacharie gabriel repmiſit qui tuā
celebrarent obſequijs natiuitatem Ut p hec feſta eterna gaudia adipiſcamur Qua ſci
dei ſacris delicijs leti congaudent Tu qui preparas fidelium corda ne quid deuium uel lu
bricum deus in eis inueniat Te depoſcimus ut crimina noſtra et facinora cōtinua prece
ſtudeas abſoluere Placatus ut ipſe ſuos ſemp uiſitere fideles Et manſionem in eis fa
cere dignetur Et agni uellere quem tuo digito Mundi monſtraueras tollere crimina nos
uelit induere Ut ipm mereamur angelis aſſocia[ri] in alba ueſte ſequi p portam clariſſi
mam Amice xpi iohannes. De ſcīs Petro et Paulo Aplīs Sequentia

Petre ſumme xpi paſtor et paule gentium doctor Eccleſiam ueſtris doctrinis illumi
natam Per circulum terre precatus adiuuet ueſter Nam dominus petre celoꝝ tibi
claues dono dedit Armigerum beniamin xps te ſcit ſuum uaſq; electum Mare planta
te petre xpc conculcare tue dedit caritati Umbram tui corporis infirmis debilibuſq; fecit me
dicinam Dociloquos philoſophos tu paule xpo dat uincere ſua uoce Multiplices uic
torias tu paule xpo per populos acquiſiſti Poſtremo uictis omnibꝫ barbaris ad arcem
ſummi pgitis culminis germanos diſcordes ſub iugum xpi pacatos iam coactum Ubi
neronis fericas principis apoſtoloꝝ prelys plurimus uictores diuerſe te petre et paule
addixerat pene mortis Te crux aſſociat te uero gladius cruentus mittit xpo. De ſca
Laus tibi xpe qui es creator et redemptor idem et ſaluator. Maria m[a]gdalena.
Celi terre maris angeloꝝ et hominum Quem ſolum deum co
[ue]nit et hominem Qui peccatores ueniſti ut ſaluos faceres

K1419.

Sine peccato peccati assumens formulam Quos [illegible] de grege ut chananeam ma
riam uisitasti magdalenam Eadem mensa uerbi diuini illam [illegible] hanc refo
uens poculis In domo simonis leprosi conuiuis accubans typicis Murmurat pha
riseus ubi plorat femina criminis conscia Peccator contempnit compeccantem peccati
nescius penitentem exaudis emundas fedam adamas ut pulchram facias Pedes
amplectitur dominicos lacrimis lauat tergit crinibus lauando tergendo unguento un
xit osculis circuit Hec sunt conuiuia que tibi placent o patris sapientia Natus de uir
gine qui non dedignaris tangi de peccatrice A phariseo es inuitatus marie ferculis satu
ratus Multum dimittis multum amanti nec crimen postea repetenti Demoniis eam
septem mundans septiformi spiritu [illegible] mortuis resurgentem das cunctis uidere prio
rem Hanc xpe proselitam signas ecclesiam quam ad filiorum mensam uocas alienige
nam Quam inter conuiuia legis et gratie spernit pharisei fastus septa uexat heretica Qua
lis sit tu scis tangit te quia peccatrix quam uenie optatrix Quidnam haberet egra si non
accepisset si non medicus adesset Rex regum diues in omnes nos salua peccorum tergens
cuncta crimina sanctorum spes et gloria. De s. Dominico. Sequentia.

Laudes ergo dominico personemus magnifico uoce plena Clama petens suffragia eius
sequens uestigia plebs egena Sed tu [illegible] bone pastor gregis et patrone prece semper
sedula Apud curam summi regis [illegible] uices gregis commenda per secula amen. De sca Afra.

Laus sit dei filio qui patris a solio natus descendens Oues que perierant ho
stes quas abegerant curauit reducere Hic erroris [illegible] de uia salutis in se
mita Sedes afre statuit [illegible] ueritatis [illegible] Variis [illegible] lupanaris
sordibus hec imbuta sorduit Veneris [illegible] sacra coluit Sed xpi cle
mentia uera penitentia purgata [illegible] Septiformi gratia plena per supplicia ignis
incendia Narcissi celestia [illegible] semper permanentia Fruitur in patria nunc
dei presentia cui laus et gloria. De sco Laurentio Sequentia

Laurentii dauid magni martir miles fortis Tu imperatoris tribunal Tu manus tor
torum cruentas Spreuisti secutus desiderabilem atque manu fortem Qui solus potuit reg
na superare tiranni crudelis Cuius [illegible] sanguinis prodigos facit amor milites eius
Dum modo illum liceat cernere [illegible] Gaudens tu [illegible]
[illegible] minas deridens Carnifex [illegible] Dolet impius [illegible] prefec
tus a pisce assato xpi cibo Gaudes [illegible] cum quo [illegible] O
Laurenti militum dauid [illegible] regis eterne A[illegible]
care ueniam semper Martir milesque fortis. In Assumptione sce Marie